

4 Jus.  
3217

110  
THESES

309

DE CRIMINE SV-  
SPECTI VLTIMO TVTELAE  
VEL CVRAE FINIENDAE  
MODO:

IN INCLYTA ARGENTORA-  
tenium Academia ordinary exercitij  
causa proposita

à  
PAVLO GRASEKIO V. I. D.

R E S P O N D E N T E

M. STEPHANO SCHELHASE CRUCEBURGENSI  
*Disputabitur 4. Septembris.*



Argentorati excudebat Antonius Bertramus.

M. D. L X X X I X.

# THESSIS

I.

**P**ostremus modus tutelæ aut curæ finendæ est crimen suspecti. Est autem suspectus qui non ex bona fide sed fraudulenter tutelam aut curam gerit: vel ita in moribus se præbet, vt in suspicionem tutelæ vel curæ male admittat et facile vinire possit.

II.

Origo & causa efficiens huius criminis est Lex 12. tab. Eiusq; cognitio olim Romæ apud Prætorem erat: in prouincijs apud Præsides, & legatum Proconsulis: hodiè verò apud omnes magistratus, qui secundum suam Iurisdictiōnem tutores dant.

III.

Suspecti postulari possunt, tam testamentarij & datum, quam legitimi.

IV.


Illi enim quamvis boni ac fideles ab initio habiti sint, multa tamen post susceptam tutelam accedere possunt, vnde suspicionem aliquam vocentur.

V.

Hic verò propter vinculum necessitudinis & bonorum sanguinis postulari facile non debent: sed laudabilius est eis curatorem adiungere, quam cum notata fide & estimatione eosdem remouere.

A ij

V. Quod



VI.

Quod abhinc magis in patronis tutoribus & curato-  
ribus obtinet, contra quos actio doli intentari non potest.

VII.

Et quia hec actio quasi publica est, ideo omnes eam:  
instituere possunt: ita ut etiam mulieres admittantur, ea  
scilicet quarum Praetor pietatem intellixerit non sexus ve-  
recundiam egredi.

VIII.

Item puberes contra tutores suos: verum non per se:  
soli, sed ex consilio suorum necessiorum.

IX.

Non verò impuberes, cum quia legitimam personam:  
standi in Iudicio non habent: tum quia propter iudicij im-  
becillitatem officium suorum tutorum non satis intelligunt.

X.

Contutores etiam, & tutores remoti, ut quomodo tra-  
stat sunt, etiam ipsi alios trahent, & paris delicti parem:  
procurent esse paenam.

XI.

Deniq; quia serui in iudicio agere non possunt, etiam  
Praetor, si à pupilli seruo detectæ fraudes vel tutoris vel  
curatoris fuerint tanquam suspectos, ex officio sine accusa-  
tione repellere potest.

Causa:

XII.

Causa suspitionis generalis est dolus, & culpa tutoris  
vel curatoris etiam leuis.

XIII.

Speciales multæ: præcipua verò alimentorum nega-  
tio: quia pro ratione personæ, & secundum modum faculta-  
tum pupillarum quius tutor & curator pupilos suos &  
adultos alere tenetur.

XIV.

Denegare autem videtur primum is qui latitat, id est,  
copiam sui non facit dolo malo: tum enim in possessionem:  
tutoris vel curatoris pupillus vel adultus est mittendus, ex-  
ijsq; que seruando seruari non possunt, sunt distractabenda.

XV.

Vt hac ratione & ipse pupillus alatur: & tutor vel  
curator rerum suarum vsu & habitatione priuatus, ad ali-  
menta præstanta compellatur.

XVI.

Deinde is qui abest negligentia quadam & malitia:  
tantum ut bona pupilli deserantur aut corrumpantur.

XVII.

Nam qui necessario abest aut iusta ex causa, non rea-  
mouetur: sed curator interim ei adiungitur, qui ipso absente:  
alimenta pupillo vel adulto præstat.

Aij Tum:

## XVIII.

*Tum is qui licet præsens sit: tamen falso negat propter inopiam pupillo alimenta præstari posse.*

## XIX.

*Pœnae huius criminis secundum personas & causas, ob quas eæ infligi solent, vel grauiores vel leuiores esse solent: Si enim ob dolum quis remouetur, pœna est infamia: si ob culpam, non æquè.*

## XX.

*Quamvis in culpa Dd. distinguere soleant: & quia lata ad dolum proximè accedit, etiam ob eam remoto infamiam irrogari existiment.*

## XXI.

*Verum nos ne ob hanc infamiae notam infligi, sed solam remotionem sufficere æquius putamus.*

## XXII.

*Altera pœna est, vt pupillus vel adultus in bonorum possessione tutoris vel curatoris latitantis suspecti mittatur: ijsq; licentia detur distrahendi ea quæ seruando serueri non possunt.*

## XXIII.

*Tertia est extra ordinaria & corporalis, constituta in libertum suspectum & eum qui falso denegauit alimenta propter inopiam mendacijq; coniunctus est.*

*Finis*

## XXXIII.

*Finis huius accusationis est, vt nihil segniter & fraudulenter in tutela aut cura agatur: Ideoq; nec satisdatio ab ea releuat: quia propositum maleuolum tutoris aut curatoris non mutat: sed dintius grassandi in re familiari facultatem præstat.*

## APPENDIX.

## I.

*An usuræ in Republica Christiana tolerandæ sint?*

## II.

*An transactiones & pacta de criminibus sint licita?*

## III.

*Pacta nuda nulla esse quæ actionem pariant contra Iaponem defendemus.*

